Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR || Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.|| Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd superioribus omnibus Romanis imperatoribus pietate praestitit Constantinus. Cap. LXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

Visual Library

inter eos interſit, qui ipſum Chriſtumque ſuum colere vellent: quique contrariam ſectam ſequerentur, id eſt, qui eccleſiæ eius bellum inferentes, ipſum ſibi hoſtem & inimicum redderent: cum cuiuſque vitæ exitus manifeſtum argumentum præberet ſuæ cum Deo inimicitiæ: quemadmodum Conſtantini extremus dies, quanta pietate Deum coluiſſet, apertè demonſtrabat.

Quòd ſuperioribus omnibus Romanis imperatoribus pietate præſtitit Conſtantinus.

CAP. LXXV.

SOlus enim ex omnibus Romanis imperatoribus, Deũ omnium regem incredibili pietatis ſtudio honorauit: Solus omni cum libertate vocis & linguæ Chriſti verbum perſonuit, ſolus vt ita dicam, eccleſiam eius præter cæteros ab omni æuo honoribus affecit: ſolus impium multorum deorum fictitium cultum ſuſtulit, omneſque vias Idololatriæ refutauit: ſolus igitur & dum viueret, & poſtquam eſt mortuus, his honoribus cumulatus eſt, quales neminem aliquando, nec apud Græcos nec Barbaros, ſed ne antiquiſsimis quidem Romanorum temporibus (cum neminem cum iſto conferendum vlla vnquam ſeculorum memoria nobis profuderit) adeptũ eſſe quiſquam commemorare poteſt.

Finis quarti libri.